

fatifactoria sine pars præcedentis Sacramenti Penitentia, & imposita à Confessario, sive per ipsum satisfaciendum sponte electa, atque assumpta. VIII. Quamvis intenderet satisfacere vel pro peccatis jam confessis, & remissis, vel pro peccatis nondum remissis; at in hoc ultimo casu satisfactio non esset de condigno, sed tantum de congruo, quatenus per attritionem exercendo opera penitentialia potest à Deo impetrare remissionem alicujus pœnæ temporalis, in quam erit commutanda æterna sacramentum futuræ contritionis, vel actualis confessionis sacramentalis culpæ mortaliæ, in quibus nunc reperitur, ut docet ac subtiliter disputando probat Eminentiss. Card. de Lauræa d. tom. 2. in tr. de Penit. disp. 13. ab art. 6. usque ad art. 10. Magistrus in Theol. Moral. disp. 21. q. 11. art. 2. & Lessius in Operib. Posthum. de Penit. in addit. ad D. Thom. q. 14. art. 1. n. 2. ubi non consentit, opera fatifactoria exercita in peccato mortali, nisi sint imposita à Confessario, habere vim satisfaciendi.

Tertium præmissum. Communis terminus loquendi est inter Theologos, quod Sacramenta suos producant effectus, ac virtutes vel ex opere operato, vel ex opere operantis: idcirco notandus est sensus, & vis hujus locutionis. Tunc enim Sacramentum dicitur operari ex opere operato, quando consideratur, ut opus institutum à Deo ad dandam gratiam, vel producendum effectum proprium ejusdem Sacramenti, prædicendo à merito Ministri, vel suscipientis. Tunc autem effectus Sacramenti dicitur ex opere operantis, quando ob dispositionem, & meritum suscipientis conceditur aliquid abundantius, respectu scilicet majoris devotionis, fidei, charitatis, aut alterius virtutis, quæ ex auxilio Dei exercet ille, qui suscipit Sacramentum. Reginald. in Praxi lib. 26. num. 46. Bonacina de Sacramentis in genere tom. 1. disp. 1. q. 4. punct. 1. in prin. Magistrus in Theol. Moral. disp. 16. n. 20. Eminentiss. Card. de Lugo de Euchar. disp. 19. n. 160. & Eminentiss. Card. de Lauræa in 4. sent. tom. 1. disp. 8. n. 19.

His prænotatis præ resolutione quæstionis, communis est Theologorum sententia; Eucharisticam Communionem devotè susceptam proficere ad satisfaciendum pœnarum, ad quas pro peccatis tenetur suscipiens; at non ex opere operato, sed ex opere operantis; idest non principaliter, & directè virtute Sacramenti; sed ex actibus charitatis, & devotionis ejusdem suscipientis, juxta doctrinam Angelici Doctoris 3. part. q. 79. art. 5. in corp. ubi præmissa distinctione, quod Eucharistia considerari potest vel tamquam Sacrificium, vel tamquam Sacramentum, ita subdit: Si igitur consideretur ut Sacramentum, habet effectum dupliciter. Uno modo directè ex vi Sacramenti; alio modo quasi ex quadam concomitantia, sicut circa continentiam Sacramenti dictum est. Ex vi quidem Sacramenti directè habet illum effectum, ad quem est institutum. Non est autem institutum, ad satisfaciendum, sed ad spiritualiter nutriendum per unionem ad Christum, & ad membra ejus; sicut & nutrimentum unius nutritio. Sed quia hæc unitas fit per charitatem, ex cuius fervore aliquis consequitur remissionem non solum culpæ, sed etiam pœnæ; inde est, quod ex consequenti per quandam concomitantiam ad principalem effectum, homo consequitur remissionem pœnæ, non quidem totius, sed secundum modum sue devotionis, & fervoris. Et idcirco sequuntur hæc doctrinam in terminis nostri quæstionis, ad ipsum affirmativè respondent Suarez de Euchar. disp. 63. sect. 10. Reginald. lib. 29. n. 142. Bonacina cod. trad. de Euchar. disp. 4. qu. 4. punct. 1. num. 9. Sotus in 4. disp. 11. quæf. 2. art. 1. Lessius de Euchar. quæf. 79. num. 14. Volpi resol. 57. num. 23. Candid. Brognolus in specul. Clericor. trad. 9. cap. 10. num. 8. Eminent. Card. de Lauræa de Euchar. disp. 26. n. 56. & 69. & Emin. Cardin. de Lugo cod. trad. de Eu-

charist. disp. 12. num. 98. ubi latius extendit virtutem satisfaciendam, dicendo, quod licet non proveniat ab Eucharisticæ Sacramento ex opere operato; id debet intelligi principaliter, & immediatè, siquidem mediatè ex eodem Sacramento provenit, & emanat.

Neque officit, si quis dicat, satisfaciendum pro pœnis debitis ob peccata requirere opera pœnalia; S. Thom. in supplement. 3. p. q. 15. art. 1. & Concil. Trid. sess. 14. cap. 8. at nulla pœna experitur in Eucharistica Communione; immò suavitatis, & delectatio juxta illud: Panem de celo præstitisti eis, omne delectamentum in se habentem. Quia respondetur primò ex communi Theologorum doctrina satisfieri posse pro pœnis temporalibus tam pro se, quam pro aliis, sive vivis, sive defunctis, non solum per opera pœnalia, sed etiam per actus virtutum etiam non pœnales, ut pluribus probat, & dictum est supra in secundo præmissio) Emin. Card. de Lauræa disp. 13. de Penitent. art. 6. §. 3. & Magistrus in Theolog. Moral. disp. 24. n. 63. Respondetur secundo; quod omne opus virtuosum potest dici pœnale, quia includit in se semper aliquam difficultatem, aut pœnalitatem in executione, ob aversionem naturæ, quæ rædio afficitur, & patitur contradictiones in bene agendo; nam post amissionem originalem justitiam, & post naturæ lapsum homo inclinatur ad inferiora, & terrena; ut concorditer docent omnes Theologi Scholastici, & Morales. Emin. Card. de Lugo de Sacram. Penit. disp. 24. sect. 3. §. 2. Magistrus in Theol. Moral. cod. trad. disp. 21. n. 275. Emin. Card. de Lauræa d. disp. 13. art. 6. §. 4. Reginald. lib. 7. n. 4. Valentia tom. 4. disp. 7. quæf. 14. punct. 3. & Layman de Sacram. Penitent. lib. 5. trad. 6. cap. 15. n. 9. Sed in præparatione necessaria ad devotè manducandum celestem panem plures tolerandæ sunt pœnalitates, & portissimum in Religiosis Communitatibus, in quibus, ut mihi aliquando testabatur pia, ac prudens Monialis, opus est multa patientia in die Communionis, nam sæpe sæpius dato signo ad communicandum, accedentibus Monialibus ad locum Communionis, una eam ingrediunt locum Confessionis, & ibi detinet Confessarium per medium horæ, ac etiam per horam integram, ipso timente ex animi pusillanimitate, vel nolente eam licentiarè ob humanos respectus, & interim cæcus omnis patitur, rædio afficitur, tum ob spiritum indifferetum illius Monialis, tum ob imprudentiam Confessarii, nescientis eandem debitis objurgationibus mortificare: Idcirco Communionem piè susceptam proficere ad satisfaciendum pœnarum est communis consensus Doctorum; qui ulterius advertunt, eandem Communionem posse imponi pro penitentia, & tamen penitentia sacramentalis injungitur in satisfaciendum pœnarum. Gobat. in Theolog. Experim. trad. 4. n. 54. Emin. Card. de Lugo de Sacram. Penit. disp. 25. n. 66. & Collegium Salmantic. tom. 10. De Sacramentis in genere trad. 6. cap. 10. num. 41. hæc verba scribens: Potest etiam in penitentiam injungi susceptio Eucharisticæ, si à Confessario iudicatum fuerit expedire; ut reud docent Lugus disp. 25. num. 66. N. Anton. num. 1611. Paulus N. Gabriel, & Aversa locis citatis: frequenter enim, & consuetum est: ut Confessarii hoc genus satisfaciendi injungant, quod & in Dei honorem cedit, & solerpentienti esse valde utile, & opportunum.

DECISIONIS LVIII.

Ad Decembris Quæsitum tertium.

ARGUMENTUM.

Deciditur Quæstio, an Communitio facta pro Animabus Purgatorii, iisdem proficit ad satisfaciendum pœnarum.

pœnarum? Exponuntur tria notanda. Unum, quod Animæ torquentur in Purgatorio pro satisfaciendum suorum peccatorum. Alterum, quod juvantur à Viatoribus per Sacrificium Missæ, per indulgentias, & per opera fatifactoria iisdem applicata. Tertium, non solum ipsa opera fiant ab existentibus in gratia secundum Thomistas, sed etiam secundum Scotistas non existentibus in gratia. Concluditur, Communionem Eucharisticam esse fatifactoriam pro Animabus Purgatorii ex delectationibus hic consideratis; nec non auctoritatibus, & exemplis.

SUMMARIUM.

- 1 Strenæ dicitur quasi sine strenâ, idest, liberaliter, & sine murmuratione.
- 2 Pœna damni, & pœna sensus torquentur animæ in Purgatorio.
- 3 Igne materiali torquere animas Purgatorii est de se.
- 4 Animæ Purgatorii liberantur vel per propriam satisfaciendum, vel per aliorum suffragia.
- 5 Pœna sufferitur voluntariò tripliciter secundum S. Bonaventuram.
- 6 Suffragium plures habet significaciones.
- 7 Suffragia pro animabus Purgatorii sunt Missa, Indulgentia, & opera fatifactoria, quæ reducuntur ad jejunia, orationes, & elemosinas.
- 8 Satisfacere potest unus fidelis pro alio fidele etiam in bæc vita.
- 9 Suffragia vivorum pro defunctis est de se.
- 10 Animæ Purgatorii juvantur à viatoribus per satisfaciendum, & à Beatis in Cælo per impetrationem.
- 11 Animæ Purgatorii an juvantur per suffragia facta ab illis, qui sunt in peccato mortali? Quod non, secundum Thomistas n. 12. Quod sic, secundum Scotistas. ibid.
- 12 Suffragia facta à peccatore, ut juvent Animas Purgatorii, sex Casus distinguendi secundum Emin. Card. de Lauræa.
- 13 Animæ Purgatorii juvantur Communionem à Viatore devotè pro eis facta ob decem rationes.
- 14 Elemosina est magis fatifactoria, quam jejuniæ.
- 15 S. Thomas circa Communionem pro animabus Purgatorii declarat.
- 16 Exempla de Communionem pro animabus Purgatorii.
- 17 S. Monica Communionem offerrebat pro animabus Purgatorii.

QUÆSITUM TERTIUM.

An Communitio facta pro Animabus Purgatorii, iisdem proficit ad satisfaciendum pœnarum?

STRENÆ loco, instantibus Natalitiis festivitibus; in quibus boni hominis ergo ab antiquo solvi consuevit. can. Legant. dist. 37. additum fuit hoc tertium quæsitum cujus resolutionem, non ex obligatione, sed ex liberalitate, & absque murmure à studiosis exhibitam recepi; equidem pro strenâ, quæ sic dicitur, quasi sine strenâ, idest sine lamentatione, juxta Glossam in cit. can. legant. Pro cujus pii quæsitio intelligent fuerunt itidem proposita tria notanda; quorum

Primum est: Animas fidelium, quæ ab omni mortalis culpæ reatu ex hæc vita decesserunt, antequam integrè satisfaciendum pœnis debitis pro peccatis actualibus, quod ad culpam remissis; vel pro peccatis venialibus; cum quibus nondum quod ad culpam re-

missis, è corporibus exierunt, detineri in Purgatorio: ubi duplici genere gravissimum pœnarum torquentur, donec peccatis satisfaciendum, scilicet pœna damni, quæ est carentia divinæ Visionis; & pœna sensus, quæ est cruciatus pro ignem; cuius applicatio an fiat à demonibus, vel immediatè à Divina Justitia disputant Theologi; quos citat Magistrus in Theol. Moral. 24. n. 24. advertens animas illas materiali igne puniri, quod quidem infallibile est, & de fide, etsi modus, quo ille ignis torquet animas spirituales, non est curiosè ab intellectu nostro investigandus, cum sic occultè ordinet Divina Justitia, ut ait D. Bonavent. in 4. disp. 21. p. 1. art. 2. qu. 2. subdens, pœnam Purgatorii esse acerbiorè qualibet pœna hujus vitæ, quod testatur etiam S. Thom. Scotus, & SS. Patres relati à Magistro d. disp. 24. n. 26. & ab Eminentiss. Cardin. de Lauræa in 4. sent. tom. 4. disp. 26. num. 4. à quibus pœnis certum quoque est, animas non evadere, donec sint plenè purgatæ: vel per propriam satisfaciendum, vel per aliorum preces, & suffragia, juxta illud, quod scriptum est Matth. 5. 26. Non exies inde, donec reddas novissimum quadrante. Porro pœnæ Purgatorii animabus illis voluntariæ sunt, non absolute, sed conditionatè; quatenus scilicet sunt illatæ à Deo ad earum purificationem, ut valeant in æternam beatitudinem intrare, quod sic declarat S. Bonaventur. 4. disp. 20. cit. p. 1. art. 1. qu. 3. Tripliciter aliqua pœna dicitur voluntaria. Uno modo, quia assumitur à voluntate imperante, sicut est pœna penitentialis. Alio modo, quia suscipitur à voluntate acceptante, sicut est pœna Martyrum, quæ adeo eis placet, quod ab ea liberari non vellent. Tertiò modo est quædam pœna, quæ suscipitur à voluntate tolerante, ut pœna, quæ est in patientia; ita quod ejus oppositum est in desiderio; sicut facit infirmus desiderans sanitatem, sed patienter sustinens infirmitatem tamquam pœnam divinitus inflictam; & hoc modo animæ Purgatorii sustinent eas pœnas, volitas quidem, quia à Deo inflictas, sed cum vehementi desiderio egredienti ex illis, & ascendendi ad gloriam, ad quem effectum exoptant suffragia nostra, ut pro eis satisfaciamus; & illas ab illo carcere liberemus.

Secundum notandum. Suffragii nomen plura significat. Primò votum, quod in electionibus fertur ad favorem alicujus, ut possit adipisci officium, vel dignitatem; cap. Perpetuo. de elec. in 6. Secundò Patrocinium advocati. l. Unica. C. de Suffrag. Tertiò Salarium quod advocatis solvitur. Rubr. in Aurb. Uelitis. iurent. Quartò auxilium, quod alteri ab altero præbetur, ut cum sublevet ab aliqua miseria, & talia sunt suffragia pro animabus Purgatorii, quæ tria sunt, Sacrosanctum Missæ Sacrificium, Indulgentia, & Opera fatifactoria, quæ reducuntur pariter ad tria capita, ad jejunia, & hoc nomine comprehenduntur omnes pœnalitates; ad orationes complectentes omnes actus religionis, & virtutis, & ad elemosinas, quæ extendentes ad quæcumque opera pietatis, & charitatis, de quibus latè Em. Card. de Lauræa d. tom. 4. disp. 26. art. 11. & art. 13. Sicut autem est de fide, quod hæc suffragia communicantur inter fideles viventes, tamquam membra unius corporis, quod est Ecclesiæ, cujus caput est Christus, unde dicimus in Symbolo Apostolico Sanctorum Communionem; adeo ut unus possit satisfacere pro pœnis temporalibus ab alio debitis pro peccatis, ut docet utraque Schola Theologorum, & demonstrat Magistrus in Theol. Moral. disp. 23. n. 73. & Emin. Card. de Lugo de Penit. disp. 26. sect. 1. non solum de congruo, sed etiam de condigno, & de justitia; ita de fide est, quod suffragia viventium profunt defunctis existentibus in Purgatorio ad remissionem pœnarum; juxta illud 2. Machab. 12. Sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, nisi peccatis

9 solvantur; quod in plurimis Conciliis definitum est contra hæreticos; ac ratione, quia charitas, quæ est vinculum uniens membra Ecclesiæ, non solum se extendit ad vivos, sed etiam ad mortuos, qui in charitate decedunt; charitas enim cum vita corporis non finitur, ut ait Apostolus. 1. Corinth. 13. *Charitas nunquam excidit*; quod eruditè, ac pie probat Emin. Card. de Lauræa d. tom. 4. disp. 26. art. 10. art. 13. ubi advertit, quod suffragia pro animabus Purgatorii profunt illidem, vel per modum satisfactionis, & justitiæ, & sunt illa, quæ sunt a viatoribus, vel per modum impetrationis, & hæc non solum proveniunt a viatoribus viventibus in hac vita; sed etiam a Beatis, qui sunt in caelo, juxta illam Orationem in Missa Quotidiana pro defunctis, *Deus venia largitor*, ibi: *Beata Maria semper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, &c.* et aliam Orationem, quæ dicitur in Quadragesima tertio loco, *Omnipotens sempiternus Deus*, ibi: *Quos jam exuto corpore suscepit intercedentibus omnibus Sanctis tuis ad perpetuam beatitudinis consortium pervenire concedas*; quam doctrinam prosequitur etiam Maffius in Theol. Moral. disp. 24. n. 70.

17 Tertium notandum. Magna est controversia inter Scholasticos, An fideles, ut profunt animabus Purgatorii per suffragia debeant esse in statu gratiæ; an sufficiat etiam si sint in mortali, dummodo opera, quæ pro illis exercent, sint virtutis, & penalia? Et quod debeat esse in statu gratiæ, ad hoc ut profint vel ipsi operanti, vel aliis, quibus applicantur, sive vivis, sive defunctis tenent Thomistæ, sequuntur opinionem D. Thom. in 4. sent. disp. 17. q. 1. art. 3. q. 2. & disp. 45. q. 2. art. 1. quest. iunc. 3. Conet. tom. 5. trad. 5. de Pœnit. disp. 13. art. 2. §. 1. & Emin. Card. de Lugo de Pœnit. disp. 26. n. 27. Contrarium autem, scilicet quod pro se, pro aliis, & pro defunctis suffragia fieri possint ab existente in mortali, & profint illidem, docent Scotistæ cum Scoto, & Fabro in 4. disp. 19. disp. 35. c. 6. n. 12. Major, Gabriel, Medina, & Navarr. in cap. 1. de Pœnit. dist. 6. n. 45. & 46. & in Manuali de satisfact. c. 3. n. 6. & de Oratione cap. 19. concl. 4. & o. 20. n. 39. (ubi tamen loquitur de Missa vel de Ministris Ecclesiæ) Et ad favorem defunctorum inclinatur etiam S. Bonav. in 4. disp. 45. p. 2. q. 2. in resol. quest. ut refert Em. Card. de Lauræa d. tom. 4. disp. 26. art. 14. ubi iuxta mentem ejusdem Seraphici Doctoris distinguit sequentes casus. I. Si suffragium oblatum pro defunctis consistat in Sacrificio Missæ? in hoc casu, sive fiat per ministrum in gratia existentem, sive in peccato, valet per modum satisfactionis pro existente in Purgatorio, quod concorditer docent tam Thomistæ, quam Scotistæ, ac Neoterici, quia sacrificium Missæ prodest ex opere operato, & ejus efficacia non pendet à bonitate ministri. II. Si pro defunctis offerantur Orationes, alique divina officia à ministris Ecclesiasticis nomine Ecclesiæ, & quamvis isti sint in peccato mortali, profunt defunctis per modum impetrationis, secundum aliquos, ad secundum alios, etiam per modum satisfactionis, quia attenditur dignitas, & sanctitas Ecclesiæ, cujus nomine offeruntur, exemplo piissimi Principis, cujus instantia exaudivit ab alio Principe, et si ejus Orator sit invidiosus. III. Si suffragia quæcumque pro defunctis fiant à personis privatis nomine proprio, & ipsæ sint in gratia; profunt absque dubio per modum satisfactionis. IV. Si suffragia pro defunctis & fiant ab Hereticis, vel Commisariis, qui non sunt in gratia; profunt ipsis defunctis pro peccatorum satisfactione, quia illi operantur non virtute propria, sed virtute, & voluntate testatorum. V. Si suffragia ordinentur à persona privata existente in gratia; sed ea exequatur aliquis non existens in gratia; adhuc profunt ad satisfaciendum pro defunctis, ut si dominus bonus committat servo malo, quod det

elemosynam pauperibus, vel faciat jejunium, aliudve simile opus pœnale. VI. Si suffragia offerantur pro defunctis à personis privatis existentibus in peccato mortali, ut orationes, jejunia, elemosynæ, peregrinationes, indulgentiæ, & similia; & in hoc casu, ut supra dictum est, dæz sunt opinionēs, una negans ea prodesse defunctis pro satisfactione peccatorum; alia affirmans, & tenens ea prodesse ob plures rationes; sed præcipue, quia iste suffragia esse unitus in charitate saltem habituali cum animabus Purgatorii, & movetur ex auxilio supernaturali ad illa suffragia præstanda. Item, qui in nullo locofacra Scripturæ, ubi commendantur suffragia pro mortuis, fit mentio de necessitate gratiæ respectu suffragantis. Item, quia omnia Concilia, quæ loquuntur de suffragiis defunctorum, dicunt; ea valere, præsciendō à statu gratiæ, vel peccati illorum, qui præstant suffragia. Item, quia talis est quotidiana praxis Ecclesiæ, in qua tot bona in eibos, & vestitus pauperum dispensantur pro animabus Purgatorii, & tot alia pietatis officia exercentur pro eisdem; & tamen nulla fit mentio de statu gratiæ. Quapropter hanc opinionem tamquam magis piam defendit Faber in 4. disp. 19. disp. 37. n. 61. cui adherent omnes Scotistæ innixi principis Scoti de satisfactione propria, nec non Gandavensis tom. 2. quælib. 9. quest. 20. & ibi Zuccolius Patavinus, & concordant ex moralistis Naldus V. Indulgentia n. 7. Pellizzar. tom. 2. Man. Reg. trad. 8. cap. 5. n. 196. & 252. Byllus in Hierurgia tom. 1. Verbo Indulgentia n. 105. §. 12. Cotonius lib. 2. controv. 11. n. 13. & 46. & novissimè Eminent. Card. de Lauræa d. tom. 4. in 4. sent. disp. 26. art. 14. quem legere non pigebit animarum Purgatorii devotos.

14 His prænotatis: valere Communionem devotè factam pro animabus Purgatorii pro satisfactione peccatorum ab illis debitam, juxta hoc tertium propositum quæsitum, respondet Eminent. Card. Capisucchi in Controversiis Theologicis, Controvers. 4. quæ. Unica, ex sequentibus rationibus. Primò. Certum est, atque de fide, quod fideles in hac vita degentes possunt satisfacere pro defunctis per bona operis applicata. Sed Sacra Communio devotè facta est opus bonum; immò omnium operum bonorum præstantissimum. Ergo valet pro satisfactione peccatorum, quæ defuncti luere debent in Purgatorio. Secundò. Illa opera præcipue nata sunt mortuis suffragare, quæ maximè pertinent ad communicationem charitatis. S. Thom. in 4. sent. disp. 45. art. 3. quest. iunc. 1. in corp. Sed Sacramentum Eucharistiæ, maximè ad charitatem pertinet; quia est Sacramentum Ecclesiasticæ unionis, continens Christum, in quo tota Ecclesia unitur, & consolidatur. Ergo Communio Eucharistica maximè prodest defunctis. Tertiò. Actus Religionis ex opere operantis est satisfactorius coram Deo, & potest offerri pro alio in satisfactionem. Suarez in 3. par. D. Thom. q. 79. art. 8. disp. 63. §. 10. in fine. Sed Communio Eucharistica est actus eximius Religionis. Ergo cedere potest in suffragium animabus Purgatorii. Quariò. Actus meritorii, si offerantur pro defunctis, profunt illidem, vel per modum meriti de congruo, vel per modum impetrationis. Suarez d. §. 10. Sed sacri Panis devota manducatio est actus meritorius, habens maximam congruitatem ad meritum, & impetrationem, ob realem Christi præsentiam, cui ferventiùs Communicans orationes fundit. S. Th. in 4. disp. 41. q. 1. art. 2. quest. iunc. 1. Ergo Communio maximè juvat animas Purgatorii, si in earum suffragium sit facta. Quinò. pie consuetudines sunt ferventiùs, cap. Novit. disp. 32. maximè quæ sunt conformes rationi, & Frustra disp. 8. & ubi lex Divina non loquitur, consuetudines & instituta majorum sunt sequenda. cap. in bis disp. 11. Sed universalis est consuetudo omnium Ecclesiarum, ut fideles non solum pii, sed etiam docti communi-

cent pro animabus Purgatorii. Suarez de Euchar. d. disp. 63. §. 10. Vos, Diez, & hæc consuetudo fovet pietatem, & innititur rationi. Ergo tamquam proficua, & satisfaciens pro penis earum est tenenda. Sextò. Si Communio non satisfaceret pro penis animarum Purgatorii, illa esset ratio, quia non videtur esse opus pœnale. Sed jam in resolutione secundi quæstus probatum est, omnem actum bonum causare aliquam afflictionem vel in animo, vel in corpore; quod demonstrat S. Thom. in 4. disp. 11. q. 1. art. 4. quest. iunc. 3. ad 1. Et sacra Communio, ut devotè fiat, est difficillima, cum debeat homo se probare per conscientiam discussionem, præparare per plures orationes; & animam ornare per plures meditationes; ex quibus omnibus resultat labor, pœna, & incommodum. Ergo censenda est meritoria, & satisfactoria pro animabus Purgatorii, quibus applicatur. Septimò, ut opus sit satisfactorium, magis attenditur ad ejus bonitatem, quam ad ejus pœnalitatem: hinc elemosyna est plus satisfactoria, quam jejunium, licet illud sit magis pœnale, quia illa plus habet de ratione boni. S. Thom. in 4. disp. 15. art. 4. q. 2. & art. 2. q. 12. ad 2. Sed sumptio devota sacra Eucharistiæ est actus summæ bonitatis, & præstantiæ. Ergo, etiam si non haberet multam pœnalitatis, esse debet valde satisfactoria pro animabus Purgatorii. Octavò, ubi quis exerceat opus charitatis pro satisfactione peccatorum proximi sui, minor pœna sufficit, quam si satisfaceret pro se ipso; & hoc intuitu suæ charitatis. S. Thom. in 4. disp. 45. q. 2. art. 3. quest. iunc. 1. ad 1. Sed applicare Communionem pro animabus Purgatorii est opus eximie charitatis. Ergo quamvis in eoparva fit pœna, valde juvat ad satisfactionem. Nonò, quò ferventiùs sunt orationes pro animabus purgantibus, eo uberius est earum levamen saltem per modum impetrationis. Sed qui devotè recipit sacram Eucharistiæ, solet, ob præsentiam realem Christi Domini, ferventiùs orare; Ergo magis impletur levamen, pro quibus oratur. Decimò, quanto charior quis est Deo, tanto est habilior ad impetrandam ejus misericordiam. Sed per Communionem sacram fideles sunt Deo charissimi, supposita interiori puritate, reverentia, & devotione. Ergo majorem Misericordiæ Divinæ effectum, ad suffragium animarum Purgatorii impetrant in eadem Communionem. Idcirco prodesse ad satisfactionem pro purgatorum animabus summationem devotam Eucharistiæ, præter Eminent. Card. Capisucchiūm supracit., & Suarez d. disp. 63. §. 10. tenent Sylvius in 3. p. q. 79. art. 7. Pasqualigus in Sacra morali Doctrina disp. 117. §. 10. n. 52. & Joann. Sancius in Selsò. disp. 25. n. 14.

Quibus adimplantur Doctores sustinentes, posse Confessionarium, imponere pro penitentia penitenti orationes recitandas pro defunctis, inter quos Collegium Salmanticum, de Sacramento. trad. 6. cap. 10. n. 37. Emin. Card. de Lugo de Pœnit. disp. 24. n. 20. & 21. & pluribus citatis Diana p. 3. tr. 4. resol. 54. & part. 9. trad. 7. resol. 57. ac etiam p. 11. trad. 8. resol. 26. quæ leguntur in Operis Coordinati tom. 1. trad. 6. resol. 15. resol. 17. & resol. 18.

His addere licet, quæ scribit in Vita S. Joannæ à Cruce Antonius Diaz cap. 7. videlicet: *Quidam infelix post sumptum indignè Sacrum Viaticum, antequam in stomachum descenderet in infernum est precipitatus. At Angeli ex illius ora Sacram Eucharistiæ sumentes, 3. Joannæ à Cruce ex Seraphico Ormine deitulerunt præcipientes, ut illam dignè pro animabus Purgatorii sumeret, quod factum fuit à purissima Virgine. Ergo sacra Communio levat à penis Animas Purgatorii.*

Cæterum dictis hucusque obstat videntur duo textus S. Thomæ: unus videlicet in 3. p. q. 79. art. 7. ad tertium ibi: *Et idcirco hoc, quod aliqui sumunt Corpus Christi, vel etiam plures, non accrescit aliis*

aliquid juvamentum. Alter verò in cap. 6. Joan. lect. 6. ubi; *Si Angelicus Doctor egiſſet de effectu hujus Sacramenti, concludit his verbis: ex quo patet, quod laici sumentes Eucharistiæ pro his, qui sunt in Purgatorio, errant. Sed facilis est repositio, & resolutio horum obectorum, dicendo, quod verba supradicta S. Thomæ sunt intelligenda de effectu Sacramenti Eucharistiæ ex opere operato; non se extendente ultra suscipientem, quia hæc extensio in alios pertinet ad Eucharistiæ, non in quantum Sacramentum, sed in quantum est Sacrificium. At ex opere operantis concedit expressè Angelicus Doctor, effectum, & juvamentum extendi etiam ad alios, ad quos percipiens, id est Communicans, dirigit suam intentionem, ut legitibus à Dios textus apparet, & advertunt Gabriel de Henao in trad. de Sacram. Euchar. disp. 13. n. 53. & Eminent. Card. Capisucchius d. controv. 4. §. 4. concludens ex sententia S. Thomæ, Sacram Communionem devotè sumptam ex opere operantis valere ad satisfactionem peccatorum pro Animabus Purgatorii, quibus à suscipiente applicatur, quod etiam, & ex abundantia confirmat exempla sequentia vulgari idiomate, sed non vulgari eruditione exarata.*

Primò: P. Martinus de Roa Societatis Jesu in lib. Status Animarum Purgatorii typis excusso Venetiis ann. 1672. c. 11. ita scribit: *Per consolazione delle persone, le quali nè sono Sacerdoti, nè possono far dire Messe per li Defonti, so sapere, che Communicandosi, possono offerire per essi quell' opera, la quale sarà loro di tanto maggiore soddisfazione, quanto dal canto nostro averemo posto più affetto, e travaglio in farla; non solo in purificare la coscienza per mezzo del Sacramento della Penitenza, ma anco nell' andare alla Chiesa, e nel fare Orazione, nell' aspettare il Sacerdote, ed il tempo per ricevere la Sacra Eucaristia; e nel dare grazie con eguale quiete, e divozione: perchè tutte queste opere sono di merito, e di soddisfazione; e si può questa offerire per li Defonti.*

Blossio nel c. 6. Monil. Spirit. riserisce d'un Defonto, che apparve circondato di fuoco ad un amico suo, e gli disse, che ardeva in quelle fiamme, perchè vivendo era stato trascurato nel ricevere la Sacra Communione, che la ricevesse per lui con la maggior divozione, che potesse; perchè con questo sarebbe uscita da quelle fiamme. L'amico la fece, preparandosi con la disposizione, che gli era stata detta; ed il Defonto ritornò a lui il dì seguente; e gradì all' amico suo la liberazione, che godea per quella buona opera.

Secundò: Illustriſſi. ac Reverendiſſi. Alexander Spretel. Episcopus Eugubien. in sua Parenthesi Teleturgica c. 66. propè finem ita scribit: *Ma che farà chi non è Sacerdote, nè ha comodità di dare lo stipendio ad altri per suffragare quelle anime tormentate? Oltre al potere con digiuni, ed altre opere penali, e con le Indulgenze, per modo di suffragio, aiutarle; efficacissimo mezzo è anche il Comunicarsi per quelle. L'Offia Sacratissima è sì ubertosa di grazie, che anche in questa guisa la dispensa a' fedeli Defonti.*

Tertiò: P. Carolus Gregorius Rosignolus Societatis Jesu, in Opuscolo la Pietà offiziosa; in dissertatione de commemoratione Defunctorum, ait: *Il B. Enrico Susone offeriva per li medesimi Defonti orazioni, digiuni, e cilicij. Ma un Anima messaggiera del Purgatorio, comparsoagli con dolci querelle, disse, che più tosto richiedeva il Sangue del Redentore, per mitigare meglio lo suo fiamme, cioè Sacrificij, e Communioni.*

Et de suffragio excellenti, quod reportant Animæ Purgatorii in satisfactionem peccatorum ex Eucharistica Communionem, videtur loquutus S. Augustinus lib. 9. Confess. c. 12. & 13. ubi Sanctæ Monicæ Matris sue defunctæ memoriam agens, subdit: *Offertur Sacrificium pretii nostri pro Monica matre, quæ desideraverat sui memoriam post mortem ad Altare (cui nulli*

Ius diei pretermissione servietat) fieri; unde sciebat dispensari...

DECISIONIS LIX.

Ad Decembris primum Casum.

ARGUMENTUM.

Proponitur decidendum, quot peccata committat quidam ebrietatis vitio deditus...

SUMMARIUM.

- 1 Sobrius unde dicitur? 2 Crapula quasi cruda Epula. 3 Ebrius, & Ebriosus in quo differant? 4 Temulentia unde dicitur? 5 Ebrietas quid sit? 6 Ebrietas an sit peccatum mortale? 7 Mediorum idem, quod Mediorum. 8 Ebrietas ex inadvertentia non est mortale. 9 Medici non possunt suadere alicui ebrietatem. 10 Patriarche antiqui quomodo excusentur ab ebrietate. 11 Ebrietas quibus cautionibus à bibente evitatur? 12 Aqua mixta vino tria bona facit. 13 Poena contra ebriosos. 14 Divortium mulier facere potest, si vir sit ebrius. 15 Ebriosus Sacerdos potest suspendi à divinis. 16 Ebrius factus die Paschalis, post receptam Sacram Communionem, sex peccata mortalia committit. 17 Peccata in die festo, an duo peccata committat? 18 Marius tenetur alere uxorem, ac filios sub poena peccati mortalis.

PRIMUS CASUS.

Sulpitius, ebrietatis vitio deditus, sua peccata confessus, & pro adimplendo Ecclesie precepto ipsa die Paschalis solemniter Sacra Eucharistia refectus...

PRIMO casu resolutione tria fuerunt præmissa. Primum. Quod sicut sobrius dicitur, quasi brian, idem mensuram servans...

ter ebrium, & ebriosum, quod sit ex consuetudine secunda exhaurendis calicibus vacet...

Secundum præmidium. Non est autem extra controversiam inter Philosophos, Canonistas, ac Theologos, an ebrietas sit peccatum mortale? Nam plures Philosophi professores negant...

lem dicit, quod contingit ex inadvertentia, vel negligentia suæ debilitatis, aut vini generositate. Ita S. Thom. 2. 2. q. 150. art. 2. ad primum. Hinc est; quod neque Medici licet possunt hortari aliquem ad ebrietatem pro remedio alicuius morbi...

Tertium præmissum. Multa verò sunt poenae de iure iniuste contra ebrietatem, tum perfectam, tum imperfectam, cuius contrarium signa narrat Barbof. de Offic. & Pot. Episc. tit. 2. Gloss. 11. n. 6. & Zacchias in Quest. Medicol. lib. 2. tit. 1. n. 14. & seqq. Qui enim ebrius est contrahere non potest...

facilis ebrii, & ebriosi sunt removendi. Ripa in l. Generaliter num. 73. C. de revoc. donat. Et Clerici si sint ebriosi, possunt declarari irregulares. Nic. Flovius de Irregul. n. 2. Et delicta si committant, non sunt immunes à punitione; immò se verius plectuntur. Caball. Resol. Criminal. Centur. 3. cas. 297. n. 8. & 9. Sacerdos verò ebriosus potest suspendi ab officio, & beneficio. Diaz in Praxi cap. 80. Menochius de Arbitr. cas. 404. Belletus de Pavis 15 Cleric. §. 15. n. 9. Immo si ebrius non præmissa digestionem celebraverit, est beneficio privandus...

His prænotatis pro resolutione casus, ad ejus resolutionem dictum fuit, Sulpitium, ut supra, ebrium effectum dicto die sacro Paschalis Resurrectionis, statim post Sacram Communionem, commisisse sex mortalia peccata. Primum quidem ebrietatis, quæ cum non possit excusari ab inadvertentia, quia erat deditus huic vitio, & ab amico ebrioso invitatus, poterat, immò debebat, providere periculum; fuit culpa mortalis esse doctrina S. Thomæ 2. 2. q. 150. art. 2. & aliis deductis in primo præmissis. Secundum peccatum fuit Sacrilégii, siquidem sacrilegium est rei sacræ violatio, & irreverens tractatio. Idem Angel. Doctor 2. 2. q. 99. art. 1. & cum irreverentia maxime pendat ab estimatione hominum, S. Thom. 2. 2. q. 130. art. 1. & omnes homines, est bibaces, æstimant magnam irreverentiam committi in Sacramento, si nimis potationibus vacent, quo die illud sumperunt. Gobat. in Quinario tract. 5. cap. 47. num. 1. prout verè eam committit etiam ob periculum vomitus; sequitur, Sulpitium factum esse reum sacrilégii; Tertium fuit violatio præcepti tertii Decalogi de sanctificando festo, licet enim communior sit opinio, quod qui peccat in die festo, non committat duo peccata, Bonacina de Tertio Precepto Decalogi disp. 6. punct. 2. n. 3. nihilominus cum sit dies non solum festus, sed summæ festivitatis Resurrectionis Dominicæ, in quo omnes fideles majori pietate cum colunt, Ecclesias frequentant, & verbum Dei audiunt; excusari non potest Sulpitius à profanatione per enormem ebrietatem, tanquam actionem læviam virtutis Religionis, juxta doctrinam S. Thomæ 2. 2. q. 122. art. 4. Emin. Card. de Lugo tract. de Penit. disp. 16. num. 515. ubi plurimos Theologos cumulat; & n. 517. ubi dat exemplum diei Veneris sancti, si in eo committatur grave peccatum. Novissime Eminentiss. Card. de Laurea in 4. sent. tom. 2. disp. 21. eod. tract. de Penitent. n. 261. & 262. ubi SS. Patrum auctoritates allegat: Quartum peccatum fuit, subtractio prandii facta uxori, & filiis, contra quartum Decalogi præceptum, cuius vigore maritus tenetur alere uxorem, & filios sub obligatione peccati mortalis. Bonac. in Quarr. Decal. præcept. disp. 6. punct. 7. n. 3. latè Sordus de alimentis tit. 1. quest. 32. quod enim consumpsit potando in taberna, fuisset satis ad prandendum domi cum conjugè, & filiis, à quibus famelicis expectabatur. Quintum fuit peccatum scandali generalis, quo ex suo pessimo exemplo potuit alios movere ad frequentandam tabernam, etiam die sacro Paschalis, post susceptam Sacram Communionem, quod quidem est peccatum mortale, est ipse Sulpitius non intenderit præbere aliis occasionem spiritualis ruinæ. Bonacina de Peccatis disp. 2. quest. 4. punct. 2. §. Unic. num. 6. Volpi Moral. resol. 174. num. 7. præterquam quod movet conjugem ipsam ad impatientiam, & provocat ad convitia, maledictiones, & imprecationes. Sextum tandem peccatum est ob conscientiam erroneam; præctice enim loquen-

quando bibones, & facris Bacchi addicti apprehendunt esse peccatum mortale immorari in taberna, quo die coelestem panem sumpturum, & excedere in bibendo usque ad privationem rationis; ut testatur Gobat, in Quinar. tract. 5. cap. 46. n. 2. & cap. 47. num. 1. Idcirco cum Sulpitius se inebriaverit, reclamante conscientia, ex hoc etiam motivo fit reus culpe mortalis ex doctrina Sanchezii in Decalog. lib. 1. cap. 21. & Tamburin. in Opusculo de Exord. Confess. lib. 2. cap. 1. §. 15. Et ex eisdem Gobati d. tract. 5. cap. 46. & cap. 47.

Gratiolum exemplum narrat P. Cafalichius in suis Argutis Moralibus. Centur. 1. Decad. 3. Arg. 8. de quodam ebrio, quem vino, somnoque sepulsum, ejus Uxor alligavit in Syndone tamquam mortuum; & digesto vino, ab ea fibi dictum fuit, vovisse, si resurgeret, quod a vino penitus abstineret: idque ille credens, votum ratificavit, & se scemendavit.

DECISIONIS LX.

Ad Decembris Casum secundum.

ARGUMENTUM.

Examinatur, quae licentia sit necessaria, pro exponenda Sacra EUCHARISTIA, causa publicae Orationis, horarum? Item pro eadem extra Ecclesiam professionaliter defendenda? Ulterius in quibus Ecclesiis, & qua veneratione sit conservanda? Agitur de Solemnitate festivitatis Corporis Christi, & de Processionibus in eius Octava concessis. Referuntur Indulgentiae a Summis Pontificibus concessae pro eadem Solemnitate; necnon Confratribus SS. Sacramenti. Tandem discutitur grave dubium, an Confratres, qui non sunt in gratia, sed praestant obsequia praescripta in honorem Venerabilis Sacramenti, lucrentur aliquas ex praedictis Indulgentiis?

SUMMARIUM.

1. Eucharistia asseriata in templis etiam in primitiva Ecclesia.
2. Eucharistia servatur in Ecclesiis Parochialibus tum ad adorationem; tum ad providam delationem ad infirmos.
3. Regulares quo iure servant Eucharistiam in eorum Ecclesiis?
4. Eucharistia asseruari non potest in Ecclesiis non Parochialibus, & non Regularibus.
5. Eucharistia servari potest in Ecclesia non Parochiali de licentia Ordinarii ex justa causa.
6. Tabernaculum pro Eucharistia olim cujus materiae, ac formae esset?
7. Tabernaculum quomodo ornandum pro Sacra Eucharistia?
8. Ciboria apud antiquos quid essent?
9. Eucharistiae expositio absque Episcopi licentia a nemine fieri potest.
10. Canonici Veronenses exempti ab illo Episcopo non possunt exponere Sacram Eucharistiam absque ejus licentia.
11. Cause publicae, quae sint, pro exponenda Sacra Eucharistia?
12. Regulares non possunt facere expositionem Eucharistiae pro orationibus quadraginta horarum absque Episcopi licentia.
13. Regulares non possunt permittere, ut Sacerdotes exteri celebrent in eorum Ecclesiis absque licentia Episcopi.
14. Regulares sunt ministri Episcopi in vinea Domini, & pendunt ab eo in cultura animarum.
15. Synodales Constitutiones solent prohibere expositionem Eucharistiae absque licentia Episcopi.

16. Regularibus cur olim prohibitum Missas solennes cantare?
17. Decretorum S. Congr. Card. vis.
18. Licentia tacita Episcopi praeservat ejus Jura Episcopalia.
19. Eucharistiae expositio concessa Regularibus, dum visitantur ab eorum Superioribus.
20. Eucharistia exponi potest in omnibus Ecclesiis Collegiatis per octavam festivitatis Corporis Christi, dum divina officia peraguntur.
21. Processio in die Solemnitatis Corporis Christi facienda est ab Episcopo; & eo impedito a prima Dignitate Ecclesiae Cathedralis: extra civitatem vero a sacerdote digniori loci.
22. Regulares omnes accedere debent ad Processionem in die Solemnitatis Corporis Christi.
23. Processio cum Eucharistia fieri potest infra octavam festivitatis Corporis Christi ab omnibus Ecclesiis, sed juxta consuetudinem.
24. Manuente datur circa dies, & vias faciendi Processiones.
25. Patavii ab anno 1666. citra sublatus abusus deferendi Sacram Eucharistiam in Processione fer. 5. & fer. 6. majoris Hebdomadae.
26. Processio cum Eucharistia in Missa fer. 5. & fer. 6. Majoris Hebdomadae non vadit extra Ecclesiam.
27. Processio cum Eucharistia fit semel in mense, ubi sunt ejusdem Confraternitates institutae.
28. Indulgentiae concessae Archiconfraternitati SS. Corporis Christi in Ecclesia S. Mariae supra Minervam de Urbe, sunt communes omnibus consimilibus Confraternitatibus ubique erectis de licentia Ordinarii.
29. Indulgentiae concessae per Paulum Papam V. Confraternitatibus SS. Sacramenti.
30. Indulgentiae ab aliis Summis Pontificibus concessae eidem Confratribus SS. Sacramenti.
31. Indulgentiae concessae Confratribus SS. Sacramenti illud associantibus in Processione, vel dum deferuntur ad infirmos, an lucrentur ab existentibus in peccato mortali? Quando, & quomodo? num. 33.
32. Remissio paene est incompatibilis cum culpa mortali.
34. Anglicanae Salutationem recitantes in mane, meridia, & vespere consequuntur Indulgentiam.
35. Indulgentia revocatur ablati obice peccati.
36. Parochi debent docere plebem, ut sciat elicere auras contritionis.
37. Parochi debent exhortare Indulgentiam populo, dum deferunt SS. Eucharistiam infirmis.

CASUS SECUNDUS.

Quia saepe videmus, non solum in Ecclesiis Parochialibus, sed etiam in illis Regularium, necnon Confraternitatibus, in quibus asservatur SS. Eucharistia, expositionem solennem ejusdem fieri, multis cum luminibus, pompa, & apparatus, pro Oratione quadraginta horarum, necnon extra Ecclesiam professionaliter deferri. Quaeritur, ad haec peragenda, a quo sit requirenda licentia, & obtinenda facultas?

Pro responsione, tria sunt distinguenda circa Sanctissimam Eucharistiam. Ejus Asservatio. Ejus Expositio. Et ejus in Processione Delatio. Circa Asservationem Sanctissimae Eucharistiae in Ecclesiis; sciendum est, eam fuisse in usum etiam in primitiva Ecclesia, in qua asservabatur, ut prompte haberi posset ad communicandos infirmos, & ad praebendum iidem Sacram Viatum in articulo mortis, ut pluribus Sanctorum Patrum, & Conciliorum testimoniis probant Casallus de Veterib. Sacris Christian. Ritib. cap. 13. Emain. Card. Bona Rerum Litur.

Liturgic. lib. 2. cap. 17. n. 6. & novissime Jo: Mabilion. De Liturgia Gallicana lib. 1. cap. 9. a. n. 9. & segg. & habemus textum in cap. Presbyt. 93. De Consecrat. dist. 3. ubi dicitur: *Præbiter Eucharistiam semper habeat paratam, ut quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur.* Et in cap. 3. De Offic. Archiep. ubi præcipitur Archiepiscopo, curare: *Ut in Sacratio Eucharistia Christi propter infirmos non desit.* Ex quibus apparet, Sanctissimam Eucharistiam asservari in Ecclesiis Parochialibus, tum ad adorationem, contra Lutheranorum errorem, asserentium non esse realiter Christi Corpus in Sacra Eucharistia, nisi cum à Christianis sumitur, ut observat Casallus in cit. cap. 13. in princip. tum ad providam delationem ad infirmos, ne sine Sacro Viatu ex hac vita decedant, ut saepe contingeret, nisi communicari posset, prævia celebratione Missae: qua de causa etiam Regulares utriusque sexus asservant in suis templis hoc Venerabile Sacramentum, ut scilicet praestit illud habere possint ad communicandos suos Religiosos infirmos, degentes in Monasteriis, ut auctorat Bordonus Var. resolut. part. 1. resol. 20. num. 29. cui favet doctrina Nicolii in Lucubration. Canon. lib. 3. tit. 4. n. 25. advertentis, non posse asservari Sacram Eucharistiam à Regularibus in Ecclesiis suorum Conventuum, in quibus moratur unus tantum eorum: quævis alia etiam videatur ratio, propter quam Regulares asservant Sacram Christi Corpus, scilicet ex privilegio Apostolico. Cum enim Summi Pontifices concesserint iidem Regularibus, ut possint administrare fidelibus Sacramenta Penitentiae, & Eucharistiae in eorum Ecclesiis, ut dictum est supra in secundo casu Mensis Maji hujus anni Decis. 24. per consequens impertiti sunt ipsis facultatem habendi continuò Venerabile hoc Sacramentum. Naldus in Verb. Euchar. n. 19. Igitur exceptis Parochialibus, & Regularium Ecclesiis, non licet aliis asservere Sacram Eucharistiam, sive sint Ecclesiæ Confraternitatum, Genuens. in Praxi Cur. Archiep. Neapol. cap. 110. sive sint Teriariatum, quæ non habent Claustrum, neque sacrum tria vota solemniam Religionis. Gavant. in Man. Episc. Verb. Eucharistia n. 3. & Barbosa in Decis. Apost. eod. Verb. n. 14. nisi ad hoc obtineant legitimam licentiam, quam à sola Sede Apostolica esse concedendam vult Genuens. d. cap. 100. etiam ab Ordinario, iusta substante causa, posse elargiri scribit Pax Jordan. tom. 2. lib. 7. tit. 11. num. 17.

Porro in supradictis Ecclesiis, in quibus licite asservatur Sacra Eucharistia; constructi debent nobile Tabernaculum, super Altare majus, in quo ipsum Venerabile Sacramentum, semota quacumque alia reliqua, recondatur; quod quidem Tabernaculum antiquitus conficiebatur ex argento, vel auro in forma Columbae, ut pluribus testimoniis probat Mabilion. d. lib. 1. cap. 9. n. 14. & segg. Deinde fieri coepit ex lignis inauratis, ac deinceps ex lapidibus pretiosis, ut pluribus ab hinc annis apud nos mos est, quod quidem Conopaeo alio fors est cooperiendum; in quo verò semper panno serico debet esse vestitum, cum Corporali mundo, super quo stant Pixides argenteae inauratae, non autem ex ebore; & tantæ amplitudinis debet esse Tabernaculum praedictum, ut soltem dea Pixides, necnon cum opus fuerit Ostensorium sphaericum intus continere valeat. Ostensorium erit ita patens, ut Pyxides facile esseri, & inferri possint, & clavi, eaque aurata ab extra observabitur; atque in ipso Sacra Christi Domini, venerationem peclus exhibentibus, vel alia pia Imago depicta erit. Velo coloris albi semper Pyxides vestientur, & clavis praedicta apud Rectorem Ecclesiae semper stabit, ut docent Gavant. d. Verb. Eucharistia n. 4. usque ad num. 13. ubi quod semper ante Eucharistiam lampas ardebit. Nicol. eod. Verb. n. 20. & Gallat. in Praxi Cerem. lib. 2. sect. 1. cap. 1.

a. n. 6. & segg. ubi n. 20. subdit, quod supra ipsum Altare appendatur umbraculum, quod Baldachinum vocant, formæ quadratae, cooperiens Altare, & ipsius Altaris Scabellum, seu supremum gradum, coloris temporis convenientis; quæ non erit opus ubi adest Ciborium ex lapide, vel marmore confectum. Apud antiquos Ciboria erant turritæ ædificulae quatuor minimum columnis innixa; quæ ædificulae Altare tangebant. Mabilion. d. lib. 1. cap. 8. n. 8. & Hierolexic. Macri in Verb. Ciborium.

Circa Expositionem Sanctissimae Eucharistiae sciendum est, ita pendere ab auctoritate, & officio Episcopi, cujus est Sacrorum omnium, & præcipue Venerabilis hujus Sacramenti curam agere; ut absque ejus licentia nemini liceat, sive Sæculari, sive Regulari illam publicè adorandam exponere; ea ratione, quia talis expositio cum fiat ad convocandum populum, ut oret, spectat ad Episcopum publicas orationes indicere, & populum ad orandum convocare; ut docent Canonistæ, inter quos Abbas, in cap. Dilectus num. 4. Vers. Undecimo. De Offic. Ordinari. Emin. Card. de Lauræa in Epitome Canonum Verb. Episcopi Jurisdictionis, & iura in sua Discess. col. 2. Vers. Episcopus in Ducech, & Baudry in Manuali Sacrar. Ceremon. part. 4. cap. 16. art. 11. in princ. Hinc plures decrevit Sacra Congregatio tum Episcoporum, & Regularium, tum S. Rituum, quod Non liceat Regularibus, etiam in eorum propriis Ecclesiis, Sanctissimam Eucharistiam Sacramentum publicè adorandum exponere, nisi ex causa publica, quæ probata sit ab Ordinario, a quo licentia concedatur, ut passim testantur DD. ac Summi tam Sæculares, quam Regulares. Lezana in Summa tom. 2. c. 1. n. 26. & to. 3. Verb. Euchar. quo ad Regularibus, n. 24. Lantufca in Thes. Regul. eod. Verb. n. 1. Barb. in Apost. Dec. Verb. Euchar. n. 6. & in Verb. Regul. quo ad Sacramenta Collect. 636. n. 3. Gavantus in Manuali Episc. eod. Verb. Eucharistia n. 33. In Verb. Oratio publica num. 1. & n. 19. & in Verb. Regularium iura sub Episcopi n. 19. Nicolius in Flosculis d. Verb. n. 22. & n. 24. ubi idem ait, esse prohibitum in Ecclesiis Confraternitatum; quod etiam notat Pax Jordanus tom. 1. lib. 3. tit. 3. n. 15. & d. tom. 2. lib. 7. tit. 11. num. 18. Pignatellus tom. 4. Consult. 84. & Synodus Barberina De Sanctiss. Euchar. Sacram. cap. 9. num. 15. & ibi Decretum Sacrae Congregationis Episc. & Regular. in Una Dictione. 13. Martii 1647. Quod adeo verum est, ut Anno 1673. prætendentibus DD. Canonice Veronensibus, tamquam exemptis ab illo Episcopo, posse absque ejus licentia, pro Oratione quadraginta horarum exponere in eorum Ecclesia Cathedrali Sanctissimam Eucharistiam; Eminentissimus & Reverendiss. D. D. Cardin. Delphinus Patriarcha Aquilejens. ita sententia vit: *Vigilant. Quod Expositio Quadraginta horarum in Cathedrali sit in dispositione solus Episcopi*: quæ Sententia fuit à Summo Pontifice Clemente X. confirmata, & typis impressa. Inter causas autem publicas recententur bellum, pestis, fames, ac omne aliud flagellum Divinae Iustitiae. Barbof. in Collect. DD. Ad cap. Cerum est. De Consecr. dist. 1. necnon gravis infirmitas ipsius Episcopi Diocesani, qui ægrotaente, mandat Ceremon. Episcoporum. pag. 302. Vers. Et quia solitum est, & quod Canonice exponant Sanctissimum Sacramentum, ut populus oret pro sui Pastoris spirituali, & corporali salute. Gallat. in Praxi Canon. lib. 1. sect. 8. cap. 12. n. 1. Quod si quæ alia persona nobilis infirmetur, & petat hoc orationis auxilium, exponitur Eucharistia in ostiolo Tabernaculi, in Pyxide velata cum luminibus convenientibus, & asserentibus unius, aut plurium Sacerdotum. Gavant. d. Verb. Eucharistia num. 34. Lantufca eod. Verb. n. 2. At ad benedicendum aerem contra grandinem prohibitum est, Sacram Eucharistiam exponere in valvis Ecclesiae. Gavant. ibid. num. 14.

Igitur de Jure constat, neque Regulares, neque Con-

Confratres posse in eorum Ecclesiis exponere Sanctissimam Eucharistiam pro oratione quadraginta horarum, in quavis publica necessitate, famis, pestis, belli, aut similibus flagellorum, absque licentia Episcopali Diecefani, ad quem tantummodo tamquam Pastorem spectat excitare, vocare, & inducere populum sibi subiectum ad suscipiendos actus Penitentiae, inter quos numeratur Oratio. Belletrus, (& ibi Suarez) *Disquis. Cleric. part. 1. De favor. Cler. Real. §. 2. num. 20.*

Neque subsistunt rationes congestae à quodam Patre Brunone pro contraria opinione relata à Diana Coordinato *tom. 7. trañ. 1. disp. 31. desumpta ex eodem inordinato part. 11. trañ. 2. resol. 5. Videlicet Prima, quod Ecclesie Regularium exempta sunt à Jurisdictione Episcopi, qui in eis nullam potest functionis absque eorum assensu exercere; cap. Luminoso. 18. q. 2. Nam, hæc exemptio multas patitur exceptiones, de quibus Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disp. 15. q. 2.* & Barbosa *de Off. Episc. Potest. Episc. tit. 105.* procedit enim quò ad eorum personas citata statum, & vitam Regularem; sed non comprehendit ea, quæ concernunt regimen spirituale populi, nec concedit Regularibus id, quod ex officio spectat ad Episcopum, quale est publicas Orationes, & supplicationes indicere. *Secunda, quod Prelatus Regularis potest in sua Ecclesia ordinis, ac Jurisdictionis, quæ superioritatis potestate, & sicut potest conferre Eucharistiam, & concedere alii licentiam eam ibi conficiendi, ita potest eam pro publicis Orationibus exponere.* Quia respondetur, falsam esse consequentiam, & illationem; nam conferre est ordinis Sacerdotalis, dare alii licentiam ibi conficiendi, est Jurisdictionis localis pro illa Ecclesia; sed exponere Eucharistiam pro publicis supplicationibus est Jurisdictionis Episcopalis, & superioritatis in populum; cujus expertes sunt Regulares. Præterquamquod non est verum, quòd ipsi in suis Ecclesiis possint licentiam concedere cuicumque Sacerdoti conficiendi Eucharistiam, quia id spectat ad Episcopum. Pax Jordan. *tom. 2. lib. 7. tit. 14. n. 188.* vigore Concilii Trid. *sess. 22. in Decreto de servan. & vitan. in Celebr. Missar.* in quo datur facultas Episcopis tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis quicquid sibi bene visum fuerit ordinandi, ac prohibendi circa Sacrificium, & Sacramentum Altaris, & quæcumque alia, quæ huc pertinere visa fuerint (qualis certe est expositio Eucharistiae pro publica Oratione) quod quidem Decretum Concilii Trid. afficit Superiores Regulares, & eorum Ecclesias. Fagnan. *in c. Grave, n. 46. de Offic. Ordin. Et Pignatell. qui DD. cumulat to. 8. cons. 42. n. 4. §. 6.* Non obstat Tertia, quòd expositio Eucharistiae, (ut prosequitur idem P. Bruno apud Dianam) non videtur pendere ab Episcopo, non ratione sui, quia non est ordinis Episcopalis, non ratione loci, sui Ecclesiarum, nam sunt exemptæ, non ratione populi, qui liberè consultat ad eas pro divinis officiis, ad audiendas predicationes, recipienda Sacramenta, prosequendas Processiones, Confraternitates, Funeraria, ac etiam emittendi vota in manibus Prelati Regularis, si sit populus ex tertio ordine. Respondetur enim hæc omnia licere Regularibus tamquam sibi à Sede Apostolica specialiter concessa; sed dependet ab Episcopo, à quo & benedictionem pro predicando Verbo Dei, & approbationem pro Sacramento Penitentiae ministrando recipere debent; ea ratione, quia sunt ministri ejusdem Episcopi, & operarii in vinea Domini, subordinati eidem Episcopo, qui est Præfectus, & Custos major vineæ; & idè in his tamquam subditi, & inferiores debent habere dependentiam ab Episcopo; ut dicit ad advertit Emin. Card. de Luca *in Theatro veritatis, in tit. de Præemin. disc. 10. n. 5.* Idcirco non valet illatio ex functionibus per P. Brunonem enarratis ad publicam Orationem 40. horarum; quia illæ sunt spe-*

cialiter concessæ; hæc non est concessa, immò est specialiter prohibita, tamquam functio gravis, iniuxta publicæ causæ, cujus cognitio, & determinatio reservata est Pastori totius populi, scilicet Episcopo, cui cura populi est demandata, non autem Regularibus. Quarta non obstat (quod idem P. Bruno sumit in argumentum) *exemplum Canonico-rum Ecclesie Cathedralis exemptæ; qui (ut asserit) ad libitum exponunt Sanctissimam Eucharistiam pro publica Oratione sine licentia Episcopi; inde deducens, quòd Ecclesie Regularium non minus sunt exemptæ à Jurisdictione Episcopi, quàm Ecclesie Canonico-rum.* Nam, & ad hoc respondetur, suppositum exemplum esse falsum, ut constat tum ex sententia prudentissimi, ac sapientissimi D. Card. Delphini contra DD. Canonicos Veronenses exemptos supra relata; tum ex pluribus prohibitionibus Synodalibus Diecefani, ac Provincialibus S. Caroli; de quibus Gavant. *de verb. Oratio publica n. 1. §. n. 19.* Item alterius Prælati de Lacæba, cujus Diecefani tacet Diana Coord. *de resol. 31. qui ponit Decretum Synodale prohibens cuicumque dictam expositionem anno 1651.* Ac etiam Decretum Emin. Card. Barberini, illam fieri à quocumque ventis tamquam Ordinarii Fasces, in illa Diecefi anno 1685. *in suprad. tit. De Sanctiss. Eucharist. Sacrament. n. 15. c. 9.* & ratio est aperta, ac manifesta contra quoscumque exemptos; siquidem locus quidem est exemptus, sed non est exemptus populus, neque est permissa hæc functio publicæ Orationis, concernentis immediatè gubernium, & curam spirituales totius populi. Quapropter exempti sive Canonici, sive Regulares possunt facere in suis Ecclesiis functiones illas sacras, quæ sunt eis permittæ; sed non sunt eis permittæ publicæ orationes cum populi invocatione, quia ut dicitur est, spectant ad Officium Pastoris ejusdem populi; immò fuerunt prohibita non ratione loci, sed ratione rei, & personarum spectantium ad Episcopum. Item Emin. Card. de Luca *De Juris. disc. 6. n. 8. §. disc. 31. n. 7.* ubi pluribus insistit, demonstrando in his Privilegia Regularium nullius esse operationis. Hinc est, quod in *cap. Interdictionis 16. q. 1.* cum olim inter cætera prohibita esset Abbatibus, & Monachis Missas publicas cantare; per publicas Missas esse intelligendas publicas supplicationes, & orationes ad Deum cum populi concursu, tamquam ad solum Episcopum spectantes docet Calderin. *conf. 6. n. 2. De Religiosis domib. Quinta ratio, quam subiungit P. Bruno Decreta Synodalia Episcoporum, prohibentium expositionem SS. Eucharistiae absque eorum licentia, non obligare Regulares, neque Decreta SS. Congregationum Eminentiſſ. Cardinalium super S. Ritibus, vel super Episc. & Regularibus eosdem non officere, portat in fronte nimiam erubescientiam; nam nimis distat ab obedientiæ virtute, quam omnes Religiosi ordines profitentur Apostolicæ Sedi, & Sacrar. Congreg. Eminentiſſ. Cardinalium Decretis; de quorum vi, & auctoritate testantur Roderic. *qq. Regular. trañ. 1. quest. 11. art. 2. Coron. lib. 3. Controv. 8. n. 50.* Adde, ad Burratum *dec. 469. n. 21.* & Lezana *in summ. tom. 3. Verb. Sacra Congreg. Tandem Ultima, quòd Decreta S. Congregationis de hac Expositionis prohibitionem, non sint in usu, & quòd Regulares illam faciunt sine licentia Episcopi, iisdem scientibus, & tacentibus, ut ait etiam Bordon. *d. p. 1. Resol. 20. n. 29.* & Diana Coord. *d. Ref. 31. in fine, nihil derogat auctoritati Episcopali, tum quia eidem derogari non potest per Regulares in his, quæ sunt propria Pastoralis Officii, tum etiam quia Episcopi, qui vident, & tacent, censentur eidem Regularibus dare tacitam licentiam; quæ sufficit pro tuendis juribus Episcopalibus, cum eadem sit virtus tacti cum expresso. Eminentiſſ. Card. Tuschus *lit. T. conclus. 7. num. 13.* Barbosa *Axiom. 218. num. 6.****

Inficiandum tamen non est in uno casu esse licitum Regularibus exponere Sacram Eucharistiam pro oratione 40. horarum ex speciali concessione iisdem facta per Summum Pontificem Paulum V. in Bulla incipien. *Romanus Pontifex, die 23. Maji 1606. in Bullario la XXI. videlicet, cum ipsorum Regularium Superior in Visitationibus generalibus eam exponi decreverit, coram qua Religiosi duarum saltem horarum spatio, in diverso tempore, acriter juxta mentem ejusdem Pontificis, acquirunt Indulgentiam plenariam. Sed hæc dicenda est expositio potius privata, quàm publica, cum ad illam non vocetur populus, neque ad illum extendatur Indulgentia; sed solummodo ad ipsos Religiosos.* Alter demum est casus permissæ expositionis Venerabilis Sacramenti singulis Ecclesiis Collegiatis, nempe per totam Octavam Solemnitatis ejusdem ex præscripto *Ceremonialis Episcop. cap. 33.* in quo ordinatur, Sacram Eucharistiam in Altari exponi, dum officia Divina peraguntur, ad honorem tanti Mysterii, ad excitandam devotionem populorum, & ad lucrandas Indulgentias intervenientibus per Summos Pontifices concessas, singulis diebus prædictæ Octavæ, de quibus infra. Et hæc de Expositione.

Circa verò delationem Sanctissimæ Eucharistie in Processione tria tempora sunt distinguenda, quæ sunt; Prima festiva dies solemnitatis Corporis Christi dies infra Octavam ejusdem Solemnitatis, & alii dies infra annum. In prima die festivitatis Corporis Christi solemnis Processio in quacumque Ecclesia Cathedrali est facienda ab ipso Episcopo, si non sit impeditus, sit minus à prima Dignitate Sanctissimæ Eucharistia est deferenda juxta *Ceremoniale Episcop. d. p. 2. cap. 33.* In Oppidis verò, & aliis Terris à Sacerdote sacrali digniori ejusdem loci. Barbosa *Decif. Apostol. collect. 335. num. 9. §. 10.* Nicolius in *Flocculis Verb. Eucharist. num. 25. §. 26.* Pax Jord. *d. lib. 3. tit. 3. §. art. 4.* & Castaldi in *Praxi Cerem. lib. 2. sect. 10. cap. 2. §. 3.* Et quemadmodum omnes Regulares, etiam Monachi ad publicas Processiones per Episcopum vocati accedere tenentur ex Concil. Trid. *sess. 25. de Regular. cap. 13.* Gavant. in *Manuale Episcoporum. Verb. processio n. 7.* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disp. 24. q. 8.* ita multò magis conveniunt debent ad Processionem prædictam Sanctissimi Sacramenti, ut circa Monachos Cassinenses decrevisse Sacram Congregationem Sacrorum rituum *die 10. Junii 1602. §. die 30. Julii 1616.* testatur idem Tamburin. *d. quest. 8. n. 6.* Laurentus de Franchis *part. 1. num. 24. §. ibi adden. Lantufca in Verb. Processio. Lezana in Summa tom. 1. cap. 9. n. 47.* Barbosa *decif. Apost. Collectan. 209. Collectan. 609. §. Collectan. 644.* & novissimè Quartus in tractatu de Processionibus *sect. 3. punct. 1. Quest. 2.* & de hoc non est controversia juxta observantiam, & inveteratam consuetudinem, qua omnes Regulares Canonici, Monachi, & Mendicantes in Civitatibus degentes (exceptis Theatinis, Barnabitis, & Jesuitis speciali indulto Pontificio exemptis) Gavant. *Verb. Processio in addit. n. 9.* & adden. ad Laurentum de Franchis *p. 1. n. 61.* accedunt in festiva prima die solemnitatis Corporis Christi ad eus Processionem, quam sola Ecclesia Cathedralis, vel Ecclesia Matrix ea die facere debet privatè ad quoscumque alios, ut notat Pax Jordan. *tom. 2. lib. 11. tit. 2. n. 51. §. n. 60.*

In diebus verò infra Octavam ejusdem Solemnitatis Corporis Christi, licitum est omnibus Ecclesiis, in quibus jugiter servatur Sanctissimæ Eucharistia, eam extra deferre in Processione cum solemnè apparatu, juxta concessionem factam à Papa Gregorio XIII. per Bullam incipien. *Quod interdum, diei 11. Martii 1573. in ordine la X.* Cum tamen est intelligendum, servata consuetudine loci, ne causentur scandala, vel confusiones in duccendis iisdem Processionibus,

adè ut quilibet debeat manentem in sua possessione, vel quasi circa diem, & vias faciendi Processionem prædictam, in qua reperitur, privatè quòd ad quoscumque alios, ut ex pluribus Decretis Sacrar. Congregationis advertit Pax Jordanus *d. tom. 2. lib. 11. tit. 2. n. 50. §. n. 62. §. 63.* Barbosa in *Decif. Apostol. Verb. Processio. Collect. 697. n. 20. §. 21.* & novissimè Pignatellus *tom. 4. Consult. 99. num. 3. §. 4.* Hic Patavii usque ad annum 1666. invaluit abusus faciendi Processiones solemnes cum Sacramentis Christi Corpore ab Ecclesia Cathedrali ferio sexta majoris Hebdomadæ, & ab aliis Ecclesiis Parochialibus, tum eadem feria sexta, tum feria quinta præcedenti, quem abusum nominavit præd. Pax Jordan. *d. lib. 11. tit. 2. n. 81.* sed ab eo anno citra, communi consensu, cessatum est à dictis Processionibus, & statutum, eas celebrari infra Octavam Corporis Christi; itaut ipsa festiva prima dies solemnitatis habeatur solemnis Processio juxta solitum in Ecclesia Cathedrali; reliquis verò sex diebus illius Octavæ celebratur in una ex Ecclesiis Parochialibus per unum duarum per quadriennium, & sic præcatur ad majorem Dei gloriam, cum minori gravamine Ecclesiarum, quæ impensas non faciunt, nisi omni quarto anno, cum ampliori pompa, & apparatu excitarum devotionem Parochianorum in suo quadriennio, & ob numerositatem populi concurrentis ad unam ipsam Processionem, quæ fit post Vesperas decantatas, & ante noctem ad præscriptum Decretorum Sacrar. Congregationis, de quibus Barbosa *d. Collect. 607. n. 12.* & Pax Jordanus *d. lib. 11. tit. 2. n. 80.*

In aliis verò diebus infra annum duo dantur casus concessæ delationis Sanctissimæ Eucharistie in Processione. Unus est, feria quinta majoris hebdomadæ; dum finita Missa solemnè, Sacrum Christi Corpus deferretur à celebrante in sepulchrum; & feria sexta sequenti; dum è sepulchro sumitur Hostia consecrata cum Calice, & processionaliter deferretur ad Altare pro sacrificio illius diei: at in his Processionibus non est exundum ex Ecclesia. Gavant. in *Man. verb. Eucharistia num. 19.* neque Christi Corpus deferendum est Sacerdotum humeris, fed manibus celebrantis, non obstante quavis contraria consuetudine, juxta Decreta ejusdem S. Rituum Congregationis, de quibus Gavant. in *Rubric. Missal. part. 4. tit. 12. n. 232.* & Barbosa *de Parocho cap. 20. n. 30.* Alter casus est de Ecclesiis, in quibus vult institui Confraternitates Sanctissimi Sacramenti; his enim est Jus faciendi semel in mense Processionem cum Sanctissimæ Eucharistia, eam deferendo extra Ecclesiam, prout concessum est Archiconfraternitati Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia Sanctæ Mariæ supra Minervam in Alma Urbe à Papa Paulo Tertio pro suam Bullam incipien. *Dominus noster Jesus Christus, die 30. Novembr. 1539.* cujus privilegii, & Indulgentiæ fruuntur omnes Confraternitates ubique ad honorem Sanctissimi Sacramenti canonice erectæ, videlicet auctoritate Ordinarii Episcopi servata forma alterius Bullæ Clementis Papæ Octavi incipien. *Quæcumque, diei 7. Decembris 1604.* de qua quædam trinitio, & participatione testantur Barbosa *Decif. Apost. collect. 207. n. 3.* Laurentus de Franchis *p. 1. n. 232. §. 234.* ubi ponit Decretum speciale de hac re Sacrar. Congregationis *Indulgentiarum diei 5. Februarii 1608.* Et Pax Jordanus *tom. 1. lib. 3. tit. 3. n. 17.* ubi de supra dicta Processione mensura.

Et quoniam pretiosæ sunt Indulgentiæ, quas concessit Paulus Papa Quintus eidem Archiconfraternitati Sanctissimi Corporis Christi in Ecclesia Sanctæ Mariæ supra Minervam de Urbe; in suo Brevis incipien. *Cum certis, diei 13. Novembris 1606.* quod legitur apud LAVORUM de *Indulgentiis part. 2. cap. 14. n. 98.* quæ quidem Indulgentiæ, ut dictum est, extenduntur ad omnes conformes Confraternitates Sanctissimi Sacramenti, ubique auctoritate Ordinarii Episcopi.

Episcopi erecta; per antedictum Decretum Sacre Congreg. Indulgent. dici 15. Februarii 1608. extensum apud eundem Lavorium d. cap. 14. num. 97. & Lauretum de Franchis de Controv. inter Episc. & Regul. d. p. 1. n. 234. Sed quia non est ita facile RR. Parochis earundem Indulgentiarum tenorem apud Moralistas reperire, non me piget compendiosè, ac vulgari sermone illas hic inferere, ad majorem certitudinem DD. Parochorum; & ut commodius eas possint explicare suis plebibus pro ferventiori affectu excitando erga Venerabile Sacramentum: hoc autem compendium in sum reperi in Synodo Diocesana Abbatis Farfen. habita anno 1685. per Eminentiss. & Reverendiss. D. D. Cardinalem Carolum Barberinum Abbatem, & Ordinarium in defessum in solitudine Pastoralis ad pag. 554. his verbis.

SOMMARIO

Delle Indulgenze concesse da Papa Paolo Quinto all' Archiconfraternità del Santissimo Sacramento, eretta nella Chiesa di Santa Maria sopra Minerva di Roma, delle quali per Decreto della Sacra Congregazione dell' Indulgenze, approvato dal medesimo Pontefice, godono ancora tutti li Fratelli, e Sorelle della Compagnia del Santissimo Sacramento, in qual si voglia luogo eretta con la sola autorità dell' Ordinario; anco senza speciale aggregazione alla medesima Archiconfraternità.

La felice memoria di Papa Paolo V. rivocondo, ed annullando tutte le Indulgenze concedute da Pontefici Predecessori alli Fratelli, e Sorelle della Compagnia del Santissimo Sacramento, concede loro di nuovo.

1 Primieramente Indulgenza Plenaria, e remissione di tutti i peccati nel giorno, che ciascuno entrerà in detta Compagnia, e si confesserà, e comunicherà.

2 In oltre Indulgenza Plenaria a tutti li Fratelli, e Sorelle, che confessati, e comunicati, divotamente intervengono alla Processione solita farsi ogni anno dalla medesima Compagnia nell' Ottava del Corpus Domini, ed accompagnando il Santissimo pregberanno S. D. M. per l' unione de' Principi Christiani per l' estirpazione dell' Eresie, e per l' esaltazione della Santa Madre Chiesa.

3 L' istessa Indulgenza conseguiranno anco quelli, che legitimamente impediti non intervengono alla detta Processione, ma in quel giorno si confesseranno, e comunicheranno, e pregberanno DIO come sopra.

4 Concede parimente Indulgenza Plenaria, e remissione di tutti li peccati alli medesimi Confrati, che confessati, e comunicati nel punto della morte invocheranno almeno col cuore il nome Santissimo di GESU.

5 A quelli, che nel giorno della Festa del Santissimo Corpo di CRISTO si confesseranno, comunicheranno, e pregberanno DIO come sopra, sette anni d' Indulgenza, ed altrettante Quarantene; e l' istessa parimente a quelli, che confessati, e comunicati intervengono alla Processione solita farsi da detta Compagnia ogni terza Domenica del mese, e nel Giovedì Santo. Quelli però, che non saranno iscritti alla Compagnia con assistere alle sudette Processioni, acquisteranno solo ducento giorni d' Indulgenza.

6 Li medesimi Confrati, che solamente confessati accompagneranno processionalmente il Santissimo Sacramento nel Giovedì Santo, conseguiranno cento giorni d' Indulgenza; ed altrettanti ne acquisteranno con assistere devotamente nel luogo, dove suole tenersi riposto in quel giorno.

7 Quelli, che con lume o senza, divotamente l' ac-

compagneranno, quando suole portarsi agl' infermi; o in qualsivoglia altra occasione, acquisteranno cinque anni d' Indulgenza, ed altrettante Quarantene, per ciascheduna volta. E se faranno impediti col recitare una volta un Pater noster, ed un Ave Maria guadagneranno cento giorni d' Indulgenza per ciascheduna volta.

8 Finalmente le Donne, alle quali non è lecito d' andare girando per le strade, col recitare una volta il Pater noster e l' Ave Maria, e pregare Dio per l' Inferno, al quale si porta il Santissimo Sacramento, conseguiranno l' istessa Indulgenza di cento giorni per ciascheduna volta.

Hæ sunt indulgentiæ certæ, & non incertæ, veræ, & non apocryphæ, quæ sunt concessæ quibuscumque Confratribus, & Confratribus Confraternitatum Sanctissimi Corporis Christi.

Et quoniam ad augendam devotionem erga Venerabile Sacramentum plures aliæ Indulgentiæ largitæ fuerunt à Summis Pontificibus Urbano IV. Martino V. & Eugenio IV. omnibus, & singulis Christi fidelibus, qui intervenerint Divinis officiis in die festo Sanctissimi Corporis Christi, & in diebus totius octavæ, idè & ipsæ hic compendiosè sunt annexendæ, desumptæ ex summiario impresso in eadem Synodo Farfensi anno 1685. ad pag. 552.

Primieramente, ch'ingue il giorno della Festa del Santissimo Corpo di Crisfo sarà presente in qualsivoglia Chiesa, mentre si recita, o canta il Matutin di quel giorno, guadagna quattrocento giorni d' Indulgenza.

Alla Messa, che lo stesso giorno si dice, o si canta, altri quattrocento d' Indulgenza.

Alli Vesperi della medesima Feste quattrocento giorni per il primo; e quattrocento altri per il secondo.

Alle altre ore Canoniche nell' istesso giorno, cioè Prima, Terza, Sesta, Nona, e Compicia, cento sessanta giorni d' Indulgenza per ciascheduna.

Item ch'ingue sarà presente come di sopra alli Matutini per li giorni farà l' Ottava di detta Festa, guadagna ogni volta ducento giorni d' Indulgenza.

Alli Vesperi fra la medesima Ottava ogni volta ducento giorni d' Indulgenza.

Alle Messe fra la medesima Ottava ogni volta ducento giorni d' Indulgenza.

Alle altre ore Canoniche in detta Ottava ottanta giorni d' Indulgenza per ciascheduna.

Item ogni uno, che il giorno di detta Festa sarà presente, ed accompagnerà la Processione solita col Santissimo Sacramento, guadagna ducento giorni d' Indulgenza.

Item ogni uno, che digiunerà il giorno precedente alla detta Festa del Santissimo Corpo di Crisfo, ovvero si eserciterà in altra opera pia, secondo il consiglio del Confessore, guadagna ducento giorni d' Indulgenza.

Item ogni uno, che il giorno di detta Festa, o per sua Ottava si comunicerà, o essendo Sacerdote dirà Messa, guadagna per ogni volta ducento giorni d' Indulgenza.

Finalmente ch'ingue con lume acceso accompagnerà il Santissimo Sacramento, mentre si porta a gl' infermi, acquista ducento giorni d' Indulgenza per ciascheduna volta: e chi in quel tempo, l' anderà divotamente seguitando, ne acquista cento giorni per ciascheduna volta.

Corollari loco, pro conclusione hujus Casus, moveo dubium circa consequentem supradictam Indulgentiarum; ab omnibus Parochis pro instructione plebium non ignorandum. Dubium est. An requiratur status gratia in illo, qui est lucraturus super scriptas Indulgentias; ita ut ejus conscientia debeat esse immunis, pura, & libera à peccato mortali? nec etiam exequenti prædicta bona opera, præcipuè socianti Santissimam Eucharistiam cum lumine,

30

31

ne, vel sine lumine, dum ipsa deferretur ad Infernos, sed existentibus in peccato mortali reservetur, & si salva Indulgentia pro eo (altem tempore, quo per confessionem, vel veram contritionem recuperabit statum gratiæ, tollatur obicem peccati mortalis. Dixi, pro eo saltem tempore, quo per confessionem, vel veram contritionem recuperabit statum gratiæ; quia donec christianus reperitur in peccato mortali nullam potest obtinere remissionem peccatorum, siquidem remissio peccati est incompatibilis cum culpa mortali ex communi consensu Theologorum, & Canonistarum. Felin. in trakt. de Indulgentiis col. 8. & Brunonus à Sole in addit. Verb. Non prædesse. Eminent. Card. de Laurea in 4. sent. tom. 4. disp. 26. art. 17. n. 780. & ibi S. Bonav. & S. Thomas, ac rationes pro hoc dicto.

Igitur dubium prædictum considerari potest in tribus casibus. Primus est, quando in concessione Indulgentiæ Papa, vel Prælatus expressè requirit confessionem, & Communionem, & in hoc casu non est disputandum, cum confessio, & communio sint conditiones requisitæ pro lucranda Indulgentia; unde qui actualiter non confitetur, & communicat, non consequitur Indulgentiam, quæ tantum valet, quantum sonat. Joann. And. in cap. Quod autem num. 8. de Penit. & Remiss. Eminentiss. Cardin. de Lugo de Penit. disp. 27. num. 83. Eminent. Card. de Laurea d. num. 780. Casus secundus est, quando Papa, vel Prælatus concedit Indulgentias verè penitentibus, & confessis, qui pia opera requisita exercent. Et in hoc casu dæ sunt opinioniones. Una dicit sufficere confessionem factam in Paschate de peccatis præteritis; quod si nova sint commissa peccata mortalia, sufficere actum contritionis cum proposito confitendi in Paschate venturo; ea ratione, quia Papa non exigit confessionem actualem pro conditione; sed illa pia opera ordinat, quæ sunt interesse Divinis officii, vel Processioni in Octava solennitatis Corporis Christi; unde qui facit dicta bona opera corde contrito, est verè penitens, & confessus. Ita Felin. in d. trakt. de Indulgentiis col. 7. Cardinal. in Clem. 1. de Reliq. & Ven. Sancti. in 4. notab. Abbas in cap. Omnis. Verf. ex his inferri potest, de Penit. & Remiss. & Silvester in summa Verb. Indulgentia num. 20. Alia opinio dicit, quod si post ultimam confessionem quis lapsus sit in mortale, teneatur actualiter confiteri; aliàs non lucratur Indulgentiam, Bonacia tom. 1. disp. 6. q. 1. punct. 5. sub n. 5. ubi alios DD. cumulat. Pax Jordan. tom. 1. lib. 5. tit. 16. n. 33. & Eminent. Card. de Laurea d. disp. 26. n. 780. Verf. & quoniam ubi quod hæc secunda opinio est securior, ut volunt etiam Canonistæ, & Felin. ubi supra col. 7.

Tertius Casus est, quando reperitur concessa Indulgentia facienti aliquod bonum opus, absque mentione confessionis, vel contritionis, ut est in associatione Eucharistiæ, dum deferretur ad infirmos ex Bulla Pauli V. n. 7. & 8. ibi: Quelli, che con lume &c. (Nam in reliquis capitibus requiritur expressè Confessio, & Communio, & in Indulgentiis pro interesse Divinis officii tota Octava Corporis Christi, ab Urbano IV. & aliis Pontificibus dicitur, quod sint verè penitentes, & confessi) Similiter dicitur concessa Indulgentia recitanti bus ter salutationem Angelicam cum Verf. Angelus Domini &c. in manè, in meridie, & in occasu solis, & in ea nulla habetur mentio contritionis, vel confessionis. Fagnan. in cap. Causas Ecclesie num. 4. de Officio Curialis. Quid igitur? Habet, vel non habet Indulgentiam, qui pluries associavit Santissimam Eucharistiam, sed in statu culpæ mortalis, vel centies recitavit Salutationem Angelicam horis præmissis, sed in peccato, tunc quando auferet obicem peccati, per confessionem, & recuperabit gratiam? Non habere, nec recuperare ablato obice peccati, tenet Suarez, Trullench, Faber, De Sacramento Eucharistiæ.

Sotus, Lavorius, Pollachus, Sandarellus, & alii citati à Diana Coordinato tom. 4. trakt. 5. ref. 12. de sumpta ex antiquo p. 5. trakt. 12. ref. 4. E contra Indulgentiam esse salvam, & reviviscere, postquam fuerit confessus peccata sua ille, qui dicta bona opera exercuit, docent Paludan. in 4. dist. 4. q. 4. art. 3. Silvester Verb. Indulgentia n. 32. Henriquez lib. 7. de Indulgent. cap. 9. n. 3. & Jacobus Granadus in 3. part. de Sacram. Controv. 12. trakt. 5. disp. 2. n. 5. ubi plures rationes reddit, & advertit, duos esse terminos hujus Indulgentiæ. Unum promissionis, qui stat in faciendo illo bono opere requisito. Alium solutionis, qui respicit tempus gratiæ recuperate, vel per veram contritionem, vel per Sacramentalem confessionem. Licet igitur solutio fieri non possit non existenti in gratia Dei; attamen promissio fieri potest; & illam convenit servare, ne fideles retrahantur à bonis operibus. Hanc quoque opinionem tenent inter antiquos Theologos Mayron, & Rubio, quos citat Antifirius in Theol. Morali disp. 23. n. 60. sic ratiocinantes: Penitentia Sacramentalis à Confessario injuncta etiam in peccato adimpleta, confert suum effectum quoad remissionem peccati temporalis ex peccatis ritè confessi vellicæ, ex opere operato: Ergo à fortiori etiam Indulgentia, quia ipsa quoque hunc effectum confert ex opere operato satisfactionis Christi per ipsius Vicarium legitime applicatæ. Idcirco Diana Coordin. d. tom. 4. trakt. 5. ref. 12. n. 2. vocat hanc opinionem factis probabilem, & magis piam; prout etiam Fillicius, & Eminentiss. Cardin. de Lugo apud Pellizar. in Manuali Regul. tom. 2. trakt. 8. c. 5. n. 254. & 255. Ex quibus velim, ut DD. Parochi diligenter essent in edocendis populis actus contritionis, & in eis exhortandis, ut illos quotidie elicerent, & præcipuè dum conveniunt ad associandam sacram Eucharistiam in delatione ad infirmos, ad effectum consequendi indulgentias, quas ipsi DD. Parochi completa communione infirmorum tenentur annuntiare juxta præscriptum Ritualis Romani, de Sacram. Euchar. in fine, & ne frustrentur Indulgentiis concessis in recitatione Angelicæ Salutationis, de qua supra, ac in pluribus aliis piis exercitiis quotidianis; licet enim pium sit credere, quod peccatores exercentes opera bona, pro quibus largitæ sunt Indulgentiæ, non perdant ipsas Indulgentias, & quod earum fructus referretur pro eo tempore, quo tollent obicem peccati per confessionem, tutius tamen est, ut fatagant recuperare statum gratiæ, si forte cum amiserint per lapsum in culpam mortalem, vel per frequentes confessiones, vel saltem per adus veræ contritionis, ut securiores hoc modo reddant ad propriam utilitatem sacras Indulgentias.

DECISIONIS LXI.

Ad Decembris Casum Prudentialem.

ARGUMENTUM.

Requirat industria, & cautela servandas à Parochis, tempore Pestis, in administrandis Sacramentis, præsertim Sacra Eucharistia? Ad ornatum hujus Casus declaratur, quid sit Pestis? quid Epidemia? Qui morbi contagiosi? Quæ horum causæ, & remedia? Et circa Pestem, ac Contagium referuntur doctrinæ selectiores Medicorum, Canonistarum, atque Theologorum, & exponuntur obligationes Episcoporum, Prælatorum, Canonicorum, Parochorum, Sacerdotum Sæcularium, & Regularium, nec non Laicorum tempore Pestis. Tandem deciditur, an eo tempore licitè sint Processiones?

K

SUM.